ALEXANDER TARTAGNUS

Oberitalien (Bologna?), 1465 Seite 29r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8483
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ad alia statuta separata cum que nulla facta erat diminucio
nec approbacio in glo. in verbo in pubertatibus Et in utilitate
et eodem quod est. Non intelligas quod legatum ab impu-
bere relictum esset inutiliter ratione defectus solempnitatis
testi quia tunc pari ratione deviniret substitucio facta
impuberi in consequenciam legata repetita substituto esset
invalida per illam que habet quod ad hoc quod substitucio
teneat necesse est testem esse validum. d. g. quisquis
et l. qui plures in fi. de iure et pa. unde intelligas
glo. sin doc. quod legatum inutile erat propter verborum turpi-
tudinem de quibus in l. turpia in pri. ff. e. vel non va-
luit legatum ratione defectus rei vel propter incapacitatem
legatarii qui defectus cessabat tempore facte substitucionis
que ex intervallo fieri potest a testo. l. si quis cum gra.
et l. patris et filii de vul. et pu. In ceteris glo.
hic videtur sane loqui. g. sequitur in legato.

In legato pluribus

propter brevitatem non summatur in glo. in l. quociens
per illam l. dicit non pe. de bella pertica hic quod si
testator duobus. c. legavit, deinde unum ex eis mul-
tum oneravit verisimile est quod voluit istum magis hec
pro rata oneris arg. d. l. quociens quod non pro
limitacione huius tex. et alii doc. non referunt.
Sequitur. l. qui duos.

Cui duos.

Si legatur res certa de certis
in dubio electio est legatarii. h. d.
In glo. in verbo legatarii in fi. ubi alternativa etc. glo.
non bene loquitur quia in alternativo legato electio
est legatarii ut arguitur. l. lucius et ibi de mi. est
glo. reputata sui. in ti. l. plane la. pe. g. pe. ff. e.
Unde dy. aliter videbat ad contrarium dicens quod ut arguitur
in alternativis electio est legatarii fallit quia una ex
alternativis legatis esset in longinquo ut in cau. d. l.
cum res alibi in glo. quod tunc erat electio heredis et hoc
ideo quia si tunc electio esset legatarii posset legatarius
rem existentem in longinquo eligere et sic onerare
heredem magno labore et impensa in prosequendo et
in prestando rem. l. cum servus legatus ff. e. Et hanc
sol. approbat Jo. de Imo. in preallegata. l. cum res. Et
idem Imo. hic dixerit hanc sol. sibi non placere
quasi non habeat in se vigentem rationem diversi-
tatis et certe. d. sol. non videtur tota propter tex.
in d. l. cum res g. sed si stricte qui est loquitur
quia una ex alternativis legatis erat capta apud hostes
quo casu ad nullam impensam tenetur heres conveniri
legatarius relictum vis et spes pluminis quem
habebat testator. l. id quod apud hostes et ibi hoc
declaravi supra. et ideo verior videtur an sol. de bel.
pri. videlicet quod d. l. cum res dicit intelligi quando verba executiva
fuerint ad heredem relata quo casu semper electio est heredis
l. ita relictum g. si. in ti. non glo. In d. l. lucius. In
reliquis glo. hic videtur recte loqui et in legatis alterna-
tivis cuius sit electio recurre ad glo. singularem in
d. l. lucius In legato vero generis dicit ut plene

in l. legato generaliter. ff. e. In contractibus autem alternativis
vel in obligacione generis ex contractu dicit ut per glo.
bar. et alios in d. l. lucius et bal. in l. plane
g. pe. ff. e. qui videntur sequi distinctionem cy.
in l. pe. c. de verbo. signi. et per dy. in alternativis
in vi. et quod ad obligacionem generis dicetur in
d. l. legato generaliter. Et contra concluditur quod inter
contractus et legata non est dicta in dispositione alternativa propter
quod in uno videlicet quando verba executiva ad nutum sunt relata
quia in legatis est electio legatarii ut d. l. lucius et sic
creditor. Sed in contractibus est electio debitoris d. l. si in
emptione g. pe. supra de contrahen. emp. l. plerumque s.
de iure do. g. pe. ff. Quod ultimum signanter lita
ut per gul. de cu. et bar. in l. quoniam in principio s.
de pig. ac. et per bal. in l. si in ni. coll. c. de jeh.
et per pau. de cas. in l. cum proponas. c. de transact.
in l. iii. g. si ex convencione in de re iudi. in alternativis
in contractu aliquid alternativum est adiectum in favorem
creditoris ad eius cautionem quia tunc non debitoris
sed creditoris erit electio. Sed si promissi tibi dare
c. vel fideiussorem nam cum promissio dandi fide-
iussorem fuerit adiecta ut magis sit cautum cre-
ditori poterit ipse dicere nolo fideiussorem sed c. ille
inductum in favorem redundaret in odium contra d. l. quoniam
in principio et l. quod favore delegati facit in arm. l. causam
g. puellam in de manu. ubi dum tex. dicit quoniam
et d. l. quoniam g. si ex convencione ibi quippe re.
ff. de re iudi. quid autem in beneficiis vel gratiis alterna-
tivis cuius sit electio bal. hic dixit collacionem esse
ipsius beneficiati de hoc allegat tex. in l. ii. c. de cas.
et mini. li. xi. quem tex. ad hoc allegat gul. de cu.
contra bal. et Ange. in l. beneficium supra de constit. prin. et
bal. post nico. de math. in l. pe. in versi. quero quid
in mandato c. de verbo signi. et bal. in d. l. lucius facit
tex. in c. gratia de res. in vi. quod intelligit hic Jo.
de Imo. procedere quando gratia est concessa motu proprio
concedentis secus si ad postulacionem partis per
tex. in c. si pluribus de preb. in vi. quod non puto
verum quia videtur contra tex. in d. l. ii. c. de castren.
in x. valuit in petrarum. Et sic illa. l. videtur loqui
etiam quando ad imperatorem seu postulacionem partis
fuit concessum non obstante tex. in d. c. si pluribus quia
ibi est speciale in litteris ad beneficia que sunt restrictiva gratie
ut in c. quoniam in principio e. ti. et ad hoc faciunt notata
per glo. et dominus ibi per bar. in l. cum proponas. c.
de transact. ubi dicit quod in alternativis remediorum
semper dicto illius cui remedia conceduntur. l. quod
in heredem g. allegare de tab. l. cum filius g. a reis
in ti. et quia hic in tex. videtur esse in legato id
quod est minimum sicut in l. si ita scriptum. de ti.
Rende ut hic per Jo. de Imo. cui adde sol. data
per bar. in d. l. legato vero. aliter quod opponit dicit
l. si ita quo transit Anto. de butri. in c. iudi-
cante de testamen. et aliam solucionem vide per
bal. in d. l. si ita quam quidam libri habent in
quadam addicio et inducitur iste tex. ad q. per dy.
et bar. et alios. Quid si testator habebat duos
equos et in testamento dixit unum ex equis meis lego
fratribus templi ultramarini, alterum relinquo fratribus